

motus octauæ sphæræ pro eodē numero annorū relícto facta dī-
cta detractiōe. Si vero annorū numerus datæ aeræ minor extite-
rit annis xx, & diebus 10z, ex his itaq; eodē numero subtracto,
relinquit numer⁹, cū quo querat̄ equatio seu differētia vtriusq;
motus octauæ sphæræ, velut paulo ante dictū fuit, sumēdo vide
licet pro equatiōe q̄sita, partē pportionalē, de secūdis vndecim
dicto modo cōpertā. Atq; h̄c est notādū, q̄ numerus A, erit qui
reliquis erit eius aeræ, q̄ nostro euo p̄pinquier existit B, vero
numer⁹ erit reliquus ex remotiori nobis aera, datarū deniq; dif-
ferētia aerarū, ante Christi saluatoris nostri nativitatē existētiū.
Si minor fuerit eisdē annis xx, & diebus 10z, igit̄ ad extrahendū
dum motū equalē octauæ sphæræ, eidē differētię corresponden-
tem, de motu eodē æquali incarnatiōi dñicę cōpetente, id est de
minutis primis xij, secūdis, xi, sumēda est pars pportionalis ius-
xta rationē eiusdē differētiæ datarū aerarū ad annos xx, & dies
10z, quæ quidē pars pportionalis æqualis erit viij, sphæræ mo-
tus, differētiæ datarū aerarū respōdens. Postremo si datarū aera
rū duarū altera ante & altera post dñicam daret̄ nativitatē, igit̄
pro annis aeræ eandē comitatis nativitatē verus octauæ sphæræ
motus accipiat̄, cui ex secūda colūna canonis adjiciat̄ æqualis
eiusdē sphæræ mot⁹ pro annis aeræ saluatoris nostri nativitatē
pcedētis eodē modo qui paulo ante tradebat̄, huic deinde aggre-
gato, dēpta vtriusq; motus differētia seu equatio octauæ sphæræ
pro annis aeræ lōginquieris, q̄ videlicet Christi nativitatē ante
cedit, relinquit̄ verus octauæ sphæræ motus, pro tēporis inter-
uallo datarum aerarū, quarū altera sequitur, altera vero pcedit̄
Christi saluatoris nostri geniturā. Hoc documentū isto clarescit
exēplo. Sit itaq; intentio verum octauæ sphæræ seu fixorū side-
rum motū calculare ab annis lxxxiiij, a morte Alexādri magni
vscq; ad Ptolem̄ei aerā, id est vscq; ad annos dñi 149, & dies liij, cō-
pletos. Cū eisdē igit̄ annis 149, & dieb⁹ liij, facto ingressu ad ca-
nonem excipiunt̄ gra. i, minuta prima liij, secūda liij, veri mot⁹
octauæ sphæræ ab annis xx, & dieb⁹ 10z, ante nostri saluatoris
geniturā cōpletis vscq; ad dictā Ptolem̄ei aerā, id est vscq; ad an-
nos dñi 149, & dies liij, cōsummatos. Præterea quoniā octuage-